

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum  
in primis malas, concernit**

**Fecht, Johann**

**Durlaci, 1680**

CLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](#)

**CLII.** Quamvis hæ similesq; quæstionculæ primore intuitu, vel inutiles videri queant, vel inextricabiles, vel ita curiosæ, ut castigari majori jure silentio, quam solvi responsione debeant: suo tamen loco, si ita summo Numini visum fuerit, ad oculum demonstrabimus, nihil horum istis meritò impingi. Qui enim id inutile dici queat, quod ut ad fidem de his rebus vel efficiendam vel confirmandam Christiani nosceremus, à Spiritu S. revelatum esse ostendemus? Quod si epulo in inferno cum Abrahamo sermones miscet, quid verat quærere, utrum in tantis flammis articulato sermoni locus esse queat? Si eundem rogat, si obtestatur, si regerit & opponit; utrum intelligere, & ratione uti damnati possint? Si fratrum suorum causam agit, seriamq; pro iis curam suscipit; utrum diligere proximum, utrum meminisse præteriorum, utrum agnoscere iram Divinam? Si aquam refrigerandæ linguæ petit; utrum esurire & sitire? Si Abramum è longinquo conspicit; utrum videre oculi eorum, densissimo quantumvis fumo obstructi? Si fletu abundat & stridore dentium infernale regnum, quomodo lacrymari siccis oculis? Id quod & de ceteris facilis operâ ostenderemus, nisi infra ex his ipsis principiis de singulis nobis quæstionibus disputandum esset. Cæterum, qui inextricabilis sit ea quæstio, quæ principium habet, unde deduci, unde cognosci queat? Cognito principio cognosci utique & conclusio potest, quippe quæ in principio latet, indeque institutâ analysi educi potest. Neque quidquam inextricabile dicendum est, quod labore & arte superrari potest. Denique nec curiosæ disputationes dicendæ sunt, quæ veritati indagandæ instituuntur. Cum contemtiores & Empectæ religionis Christianæ, qui infernum pariter atque cœlum anilibus fabulis accensent, in hanc veritatis cœlestis partem, his ipsis telis atque arietibus involant: puerilibus nugamentis similia videri hæc atque talia; vivere in perpetuis flammis hominem, neque arrodi ab igne cunctem & pilos, videre in spississimâ caligine fumo obductos oculos, colloqui beatis, infinito à se intervallo distantibus, raciocinari, intelligere, velle, discurrere, ambulare, sedem

se, quorum facultates à tormentis, Phalaridis equuleo gravioribus, è sede quasi suā motæ, ad edendas operationes inutiles reddantur, potum desiderare, qui corporibus spirituālibus prædicti ab appetitu materiali, quasi naturā abhorreant, lacrymas profundere, quibus nullum prorsus est nutrimentum, agere denique, qui mortui ubique dicantur; quis, nisi pietati infestus, operæ pretium facere eos negabit, qui istos irridendi prætextus solidâ informatione è medio sustulerit; & veritatis defensione atheis calumniandi occasionem eripuerit, veræque religionis cultores in necessariis ad salutis adēptionem dogmatibus confirmaverit?

CLIII. Huic itaque fini, si D E U S vitam viresque nobis concesserit, suo tempore hoc argumentum persequemur.

Nunc verò præliminarem hanc tractationem, bono cum  
Deo, obsignamus.



## Index

- I.  
IV.  
VI.  
XIX.  
  
XX.  
  
IV.  
  
XI.  
DE  
XXV.  
XXIX.  
II.  
XXIV.  
  
III.  
X  
XIV.  
XX.  
  
L.  
V.